

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Aspirationes mentis et cordis - Cod. Ettenheim-Münster 82**

**Landsberg, Johannes Justus**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Ad Lectorem

[urn:nbn:de:bsz:31-108793](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108793)

Ad Lectorem  
D. R. F. A. T. C.

Vera hominis <sup>"felicitas"</sup> in eo sita est, ut sine suo  
ultimo, qui est Deus, intimè penetretur,  
qua unio non nisi cordis affectibus, non  
nisi animi amplexibus, verbo non nisi  
amore perficitur; Eo certè collimant  
praesentes aspirationes, quippe quia uni-  
versis desideriis et animi amore conquen-  
tu abundant suspiriis. At quia voluntas  
nostra caeca est, et nihil velle aut a-  
mare <sup>sufficimus</sup> ~~valemus~~, cuius notitiam non ha-  
bemus; ignoti enim nulla cupido, hinc  
per huiusmodi aspirationes prius men-  
tem illuminare, <sup>sum</sup> ~~deinde~~ cor ad divi-  
num amorem accendere enixi sumus, quam  
ob causam aspirationes mentis et cordis  
eas nuncupare placuit. Porro cum divi-  
na attributa ignem divini amoris spi-  
rent; neq; enim fieri potest, ut quis in iis  
contemplandis, animū suū seriō occupet, quin  
inde incalescat, et totus erga Deum amore for-  
veat; hinc est, quod ea attributa tanquam  
aptissima praesentiu aspirationū materia clege-  
rimus; atq; in iis contemplandis toti incumbam;







Dissertatio  
~~Pro~~ de Divino amore

3

~~Amor divinus tantus et talis est ut nec~~  
~~Nec~~ ~~lingua~~ ~~valet~~ ~~dicere~~, ~~nec~~ ~~ulla~~ ~~littera~~ ~~exprimere~~ ~~quatenus~~ ~~et~~ ~~qualis~~ ~~est~~  
~~lingua~~ ~~valet~~ ~~dicere~~, ~~nec~~ ~~littera~~ ~~exprimere~~, ~~quatenus~~ ~~et~~ ~~qualis~~ ~~est~~  
est enim vere manna absconditum, quod nemo  
novit nisi accipit. Sive <sup>namque</sup> ~~extra~~ ~~fructus~~ ~~ejus~~ ~~qui~~ ~~in~~ ~~oculo~~ ~~de gustat~~  
excellentiâ, sine <sup>respectu</sup> ~~ejus~~ ~~utilitatem~~, ~~semper~~ ~~fructu~~ ~~plenus~~  
credidit omnem intellectum; Et ut ab  
eius excellentia ordiamur, quid obsecro  
præstantius, quid dignius, quid sublimius  
amore Divino quod ipse vel Deus est, di-  
cente apostolo: Deus charitas est, et qui  
manet in charitate in Deo manet? An  
magnificentius nobis amor Divinus comen-  
dari potuit, quam, ut dicitur: Deus  
charitas est, ~~Deus amor est~~. Ecce quam  
tunc bonum possidet, qui amore Divino  
fertur, nempe bonum illud possidet,  
quo nihil melius, nihil majus, nihil subli-  
mius, nihil desiderabilius excogitari  
potest. Magna igitur res est amor Divi-  
nus, magnum omnino bonum, quod superat  
omne bonum. Certè si dederit homo omne  
substantiâ domus suæ pro dilectione,  
quasi nihil deficiat eam. Imò si dederit  
seipsum adhuc parum est; amor enim Divi-  
nus ~~supergrædibus~~ ~~profer~~ ~~universa~~

i Jo. 4

Can. 8



mus supergrædatur omnia creata, quæ  
sunt in coelo et in terra. Nihil igitur  
dicitur, nil felicius eâ animâ, quæ di-  
vino actuali amore, habet enim omnia  
in omnibus, quia bonum illud possidet;  
quod <sup>est</sup> bonum bonorum omnium, et in quo sunt  
omnia bona.

quid porro præstat  
quid scilicet, quæ  
quæ <sup>est</sup> anima  
quæ <sup>est</sup> virtute

Sed et amoris divini præstantia maxi-  
mè <sup>est</sup> eo elucet, quod sit finis omnium  
virtutum, omnium mandatorum, omnium  
consiliorum divinarum; adeo quidem ut quem  
admodum <sup>est</sup> cibis ad sustentandû corpus, ves-  
timentum ad legendâ nuditatem, medici-  
na ad recuperandâ sanitatem data et sunt,  
sic tota lex omnesque scripturae divine  
ad dilectionem dei ordinantur; imò loc-  
um et terra plenitudo enim legis est  
dilectio. Imò coelû et terra, et omnia  
quæ in eis sunt hominifamulantur ut  
deo ferventius serviant, et eum ex toto  
corde diligant.

Præterea amor divinus non tantum finis  
est omnium virtutum ac donorum dei,  
sed etiâ perfectio, et veluti anima eo-  
rum; hinc non immerito amor divinus



nuncupatur radix omnium meritorum,  
 solius vite spiritualis, ita, ut, quod est  
 radix arboris, hoc sit amor divinus ani-  
 ma fidel. Sicut enim vires non habent  
 arboris rami, nisi quae à radice mutant  
 sic anima nostra nec vitam nec meritum  
 habet, nisi quantum amor divinus ei tri-  
 buit. si linguis hominum loquar, aut  
 angelorum aut apotholis, charitatem  
 autem non habeam factus sum velut aes  
 sonans, aut cymbala tinians: Et si ha-  
 buero prophetiam et noverim mysteria om-  
 nia et si habuero omnes fides, ita  
 ut montes transferam charitatem autem  
 non habuero, nihil sum; Et si distribuero  
 in cibos pauperum omnes facultates  
 meas, et si tradidero corpus meum, ita  
 ut ardeam, charitatem autem non ha-  
 buero, nihil mihi prodest. Vides igitur,  
 quomodo omnia sint infructuosa cordi  
 Christiano, quod vacuum est amore  
 divinis. Vides è converso quod omnia Dei  
 dona dignitate sua amoris divinis ac-  
 ceptam referre debeant. Ama, ait au-  
 gustinus, et fac, quod vis, quidquid enim ex  
 amore fit, meritum est coram Domino; unde  
 apotholus monet: omnia verba in charitate fiant:

1. Cor. 13

1 Cor. 16



Cont. 8.

Denuq, præstantiâ divini amoris commen-  
dat ejus potentia ac fortitudo. Quid po-  
tentius, quid fortius moles, cui omnia ce-  
dunt? Et tamen fortis, <sup>est</sup> ut mors dilectio  
est. Sicut igitur mors victis omnium de-  
omnibus triumphat, sic amor divinus om-  
nia superat. Festes sunt S. Martyres,  
qui in hoc amore absorpti, de interitu corpo-  
rum suorum interitu non curabant, ac ina-  
nia tormenta cum gaudio perferabant;  
quidam quorum unus, dum super ardentes  
carbones incidere cogerebatur, sic aiebat:  
videtur mihi, quod super delucissimas  
rosas deambulem; aliter vero dum  
urerebatur ad impiissimum Tyrannum  
dixit: carbones isti non dolorem, sed  
refrigerium mihi præstant; nempe,  
ut ait S. Leo papa: Superari charitas  
Christi flammâ non potuit, et se-  
quior fuit ignis, qui foris ussit, quâ  
qui intus accendit. Quid igitur excogitari  
potest tam durum tam ferreum, quod  
amoris igne non vincatur?



5  
7 haec inprimis con-  
ten platur et as  
Posso utilitatem divini amoris quod spectat,  
magna profus est? quid enim utilius, quid  
salubrius, quid desiderabilius, quam quod  
anima hoc amore inebriata cum Deo inti-  
me uniat, et in Deum transformetur,  
Charitas enim, ut ait Dionysius, efficit  
amantem unum esse spiritum cum amato,  
vnde et Apostolus inquit qui adheret Deo  
unus est spiritus cum illo; talis quippe quis-  
que est, qualis eius dilectio, ait Augustinus,  
terra diligis, terra es, Deum diligis, quid di-  
cum, Deus es. non audeo dicere es me, scriptu-  
ras audiamus; ego dixi, dii estis, et filii altissimi omnes.  
quis iam altiore adipsi potest dignitatem  
aut uberiores consequi utilitatem, quam ut  
transformetur in Deum, atq; cum apostolo di-  
cat: vivo ego iam non ego, vivit vero in  
me Christus.

Dionys. cart.  
Sal. relig. a. 2.

Tract. 2 in  
a. 70.

Itaq; Charitas ista efficit hominem Deo  
penitus introversum atq; summe intentum,  
ac proinde ab omnibus carnalibus cupiditati-  
bus liberum, cunctaq; terrena fastidientem;  
consumit enim amor Dei subitò amorem  
saeculi, et cor quod mystico incendio arserit,  
nihil amoris carnalis concupiscit. Et quia  
delectabile est diu conferre cum eo, quem di-  
ligimus; ideo homo hoc igne vehementer fue-  
rens, orationibus, meditationibusq; libenter



incumbit, quarum ope <sup>tranquilla</sup> ~~tranquilla~~ conservatur  
conscientia, augetur gratia, accumulatur  
merita.

Acedit, quod amanti Deum oratio coelos  
peretret et quidquid petierit à dulcissimo  
Jesu facile impetret; charitas quippe ut modo  
diximus, efficit amantem unum esse spiritum  
cum amato, atq; utriusq; voluntatem adeo u-  
nit et transformat, ut idem uelint, et nolint,  
quo fit, ut animae amore ferventes nunquam  
à dulcissimo Deo repulsam patiantur, sed  
eorum postulata facile efficiantur impe-  
trata.

1. Pet. 4  
Cue. 9.  
Praeterea amor diuinus breuissima ac facillima via  
est perueniendi ad conscientiae munditiã, dicente  
apostolo: Charitas operit multitudinẽ pecca-  
torum, unde et <sup>de</sup> muliere peccatrice dictum est:  
remittuntur ei peccata multa, quoniam  
dilexit multum. amor quippe dei ignis est  
consumens, quem Iesus amantissimus anima-  
rum sponsus misit in terram id est in cor-  
da nostra per spiritum S. qui datus est no-  
bis. Quemadmodum autem ignis iste  
materialis eo uelocius humiditatem absumit,  
quo ardentior fuerit, sic amor dei, quanto in  
corde hominis amplius exerebit, tanto citius pe-  
ccati consumit. Ovis diuini amoris  
quam facile mentes terrenis sordibus inquinatas  
purificas, ac tepida corda subito in flammam pie-  
tatis erigas! O quem uis carnalis concupis-



centis impetibus attingitur, si animus tuo incendio  
concrematur! Quosdam enim qui prius pravae affectio-  
nes suas per multos labores domare non potue-  
runt, nunc divino amore succensae in flatio  
contemplationis facile superant.

Tandem sicut caetera divini amoris emulmenta  
faciamus, solet hic Divinus amor animam vulne-  
rante vulnerare et desiderii jactis perstrare, <sup>et intime</sup>  
ita ut nonnunquam exclamet: vulnerata  
charitate ego sum. Idem expertus Augusti-  
nus dixit ad Dominum: Sagittaveras tu cor meum  
charitate tua, et clamabam alto cordis mei cla-  
more in pace in idipsum dormita et requiescere.  
O in pace! o in idipsum! Tu es enim idipsum,  
qui nunquam mutaris, in te solo vera requies fa-  
cians obliiseci universorum laborum... Ah  
sero te amavi, o pulchritudo tam antiqua,  
ta nova, sero te amavi! Huius etiam amoris  
sagittis conficis erat, qui dicebat: Sicut de-  
siderat cervus ad fontes aquarum, ita desi-  
derat anima mea ad Deum fontem vivum, quan-  
do venia, et apparebo ante faciem Dei.

Sed unde tam vehementer sitis, nisi ex dul-  
cedine divini amoris? O dulcedo miranda,  
quam potens est dum incendium, quam  
suave vinculum, quam felix experimentum!  
qui te habet, omnia habet, qui te non  
habet, nihil habet. O bone Jesu, quam <sup>et haec ardens desideria?</sup>



Dulcis est amor suus, o quam suaviter affi-  
cit animam, ~~et~~ ut pro dulcedine car-  
à sensibus carnis saepe reddat elevatam; sed  
sensu te, o dulcis amor potest acquirere,  
qui ~~potest~~ propter te aliquid in hoc mundo  
voluerit amare. Tu enim cor humanum  
aut solus inhabitas, aut non solus ingredi  
recusas. Haec iam seriâ mente perpendamus,  
et in nobis tantum divini amoris incitemus  
incendium, ut, sicut ferrum in igne missum  
veluti transformatur in eum, sic et nos  
transformetur in ~~silicium~~ Deum <sup>nostrum</sup>,  
sicut enim cum apostolo dicere poter-  
mus: quis nos separabit à charitate  
Rom. 8 <sup>Christi</sup> ~~Dei~~ <sup>Christi</sup> neq. mors, neq. vita, neq. angel, neq.  
principatus, neq. virtutes, ... neq. creatura  
alia poterit nos separare à charitate  
Dei, quae est in Christo Iesu Domino  
nostro. Contemptis igitur omnibus mundi  
negotio studiamus divini amoris exerci-  
tis frequenter insistere, ut dum vi-  
ventes in carne Deum super omnia  
diligimus, post mortem in sua Maje-  
state illum sine fine leti videamus.

eug. Sabianis